

seno poterat. quia in vinculis erat. **I**do misit discipulos suos di. Tu es q. hic em xpus termia tur assertiue. di. **J**ohes credit firmiter q tu es il le q erat vetur? z mo p nos pntef ore. An alium expectamus. no. q. d. no expectam? aliu de quo dicit ipsemet xps iudeis. ego veni in nomie pris mei z no accepistis me. Si alius venerit in no mine suo. s. anti xps illu accipietis **Joh. v.** **I**sto mo an aliu expectam? no e qstio dubitativa. Et ad istud ppositu facit responsio chusti informā do popolu ostēdēdo z faciēdo signa z miracula que messias debebat facere z comendando **Johannē di.** Quid existis in desertu videre hoīem mollibus vestitum. Ecce qui mollibus vestitur in domibus regū sunt zc. q. d. Jam videtis q adulatores seu ioculatores adulant regib? et dñis vt habeant vestes. Quasi velit dicē xpus. **N**o credatis q iohes ppter adulationē dicat mihi. Tu es q zc. speras a me vestem hfe. **I**do p testis sibi credere indubitanter hoc quod dicit **Ecce quō fm Amb.** fuit ambasiata iohānis ad christum ex fidelitate cordiali. **M**oraliter istrū mur hic vt omēs sciatis **Credo in deū.** z quolibz die ipm confiteri mane z sero cū ptestatiōe hoc mī debet fieri maxime in articulo mortis siue per se siue p alios in psona sua. quia tunc demon tēptat maxime de fide. faciēdo suas falsas rōnes. di. **Q**uō tu potes credere z turbat intellectuz. et tēptat de fide que ē fundamētū qd si cadit totum edificium xrtutū ruit. **Ue. lre. i.** hominib? frenis et mari. id est hoibus luxuriosis. quia descendit diabol? ad vos habēs irā magnā sciens q modicum tps habet **Apoc. xij.** **I**do in nro scō ordīne scz pdicatorū est laudabilis cōsuetudo q qñ ali quis frater debet mori pullā tabula z omēs fra tres pueniūt z cōfiteñtē fide p infirmo di. **Credo in deū zc.** **I**do iohes qñ debuit mori voluit fidē xpi confiteri. sic debem? nos facere. **M**os eūdez spm fidei habentes sicut scriptū est. **Credidi pro pter qd locus sum z nos credim? ppter qd z lo qmur. ij. Cor. iij.** **¶** **Q**uātū ad tertiu diē beat? **Greg?** q iohes misit discipulos suos ad xpm p dignitatē psonalē. **S**ciebat iohes q xps merito siue passionis liberaret oēs sibi credētes z obedi entes in h mūdo z etiā mortuos in lyngo existē tes ex pphetia **Zach.** Tu in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in q nō ē aqua. **Zach. ix.** **N**ō i sāguie testamēti tui. s. noui p mor tē pfirmati. **Johes** at q optie sciebat istā pphiaz sciebat q sancti patres sanguine xpi erāt liberā di. **Sz diē Greg?** q iohes nesciebat an xps ipse psonaliter descenderet ad lyngū vel si mitteret aliquē angelū. **I**do quia iohes erat cito mortu? rus voluit scire a chusto vt sic ipse iohes in h mū do habuerat dignitatē pcursois. sic etiā hāc di gnitatē hret in alio mūdo in lyngo. **I**do p disci pulos volēs se certificare di. Tu es q vē. zc. vñ

nō de pterito s de futuro querit. **E**t ad h tendit chusti rñsio. Quia z si mira faciat tñ abiecta per peti nō ddignat. ppter h diē xps discipulis iohis dicit iohi. **Beat?** inqt q nō fuerit scādahsar? in me. Quia ego volo psonaliter illuc descendere. mō cogitate qle gaudiū fuit sanctis prib? qñ io hānes eis annūciauit aduentū xpi psonalē. **E**t ista rōne xps vocauit iohem pphētā. dices pld **Quid existis videre zc.** s. qñ veniebat ad fmo nes iohis. pphētā etiā dico vob? q pl? qz pphaz ppha erat qñ viu? pphetabat viuis. s. plus qz p pheta qñ mortu? pphetauit mortuis. qz h soluz puenit angelis. **I**do etiā ex h iohes dicit? ē angel? di. de? p filio suo de iohē. **Ecce ego mitto ange lum meū an faciē tuā. Malach. iij.** **Q**uō non solū in h mūdo sed etiā in alio. s. in lyngo. **M**o ralis instrumur h. iohes em fuit ppha in h mū do s nō fuit content? s etiā voluit esse ppheta i alio mundo. **H**ic habem? exemplū q si in h mū do habem? dignitates flatōes. excellētiās offi cia z diuitias q nō sumus contenti. sed faciamus q in alio mūdo habeam? honores z dignitates in paradiso. als modicuz valeret. z stultū eēt in hoc mundo velle honorari z nō in alio. **M**o au dite historiā. iter multos stultos quō vnus fuit sapiēs. **M**oueritis q in quadā patria erat talis p̄suetudo. q quolibet anno faciebāt vnū ducem qui q̄diū erat in dignitate abundabat z dabat se delitijs zc. z transacto anno cieiebāt nud? in exiliū ad quadā insulā vbi moriebat fame. **Q** di xit vnus ego scio qd faciā. vñ cū esset in dignita te z honore puidit vt p? hret vñ viueret. **Q**uis istorū fuit stultus vel sapiens. iste vel illi q dice runt. ex quo tam parū durat satisfaciām delecta tionib? meis p oēm modū zc. vel ille q dixit. **E**t q ita parū durat puidebo mihi in futurū zc. **I**ta de nobis. dignitates bñficia z officia z hmōi pa rum durant. **I**do puide z mitte in aliu mūdum bona opa z hic castiga te. s. humiliando deponē do pompas supbiam excessus vestiu caudarum manicarū. zc. z mitte elemosynā dādo paupib? captiuis puellis ecclesijs zc. **E**t qñ illi in h mun do se dant delitijs moriunt in alio mūdo fame. vos aut abundabitis z sedebitis in mēsa chusti **Ecce exēplū qd h habē? a brō iohē de q diē xps.** **I**nt natos mulierū nō surrexit maior iohāne ba prista **Mat. xj.** **T**ñ nō pten? s voluit etiā eē in alio mūdo magn?. **I**do curem? de alia vita. **I**nt illud apli ad **Col. ij.** **Q**ue sursum sunt querite vbi xps ē in dextera dei sedens. q sursum sunt sapite nō q sup terram.

Sermo secundus
Epit iesus dice
 re ad turbas de iohē. **Mat. xj.** **I**n p̄ senti fmōe volo declarare xrtutes ne cessarias ad p̄seuerandū in bona vita z scā illos

Dominica tertia **A**duentus

qui inceperunt. Sed pmo salutem vgo maria rē
cepit iesus rē. Pro huius verbi declaratione et
materie pdicande introductioe. Sciendū q̄ que
dam dixit christus Johanni. Quedam vō dixit
christus de iohanne. iohanni dixit christus per
nūcios opa miraculosa. De quibus dixit sanctū
euāgeliiū. Renunciate iohanni que vidistis. Ce
ci vidēt. claudi ambulant le. mū. sur. au. mor. re.
pau. euā. r be. est q̄ nō sit scādali. in me. De iohē
aūt dixit christus populo virtutes r res mirabi
les r p̄ciosas. de quibus dicit thema. Cepit Je
sus dicere ad turbas de iohē. Quid existis in de
sertum videre rē. Quattuor virtutes multū p̄cio
sas dixit x̄ps ad turbam de iohē valde nēcias il
li q̄ vult p̄seuerare in bona r scā vita. r sunt iste
que sequunt̄.

Prima est virtuosa firmitas

Secūda rigorosa asperitas

Tertia est opōsa fidelitas

Quarta est gratiosa puritas.

De his dicit thema ppositū. Cepit iesus dicere
ad turbas de iohē. scz has quattuor virtutes. Bi
co pmo q̄ p̄ma virtus multum necessaria persone
volenti p̄seuerare in bona vita incepta est virtu
osa firmitas hec est necessaria taz religiosis q̄ ec
clesiasticis. tam heremitis q̄ etiā illi de matrimo
nio tenere fortiter in bona vita incepta r nō desi
stere nec carnis inclinatione nec diaboli tēptatio
ne nec mūdi occasione. Anteq̄ homo eligat sta
tum debet homo bñ respicere r deliberare q̄ vi
ta quis modus viuendi q̄s stat⁹ sit melior r ma
gis p̄ nostra cōplexione. religio em̄ eligibilis est
si tñ seruet̄. sic etiā de alijs qua electa oportet cō
tinuare r p̄seuerare firmiter. Autoritas Esto fir
mus in via dñi r in virtute sensus tui r sciētia Ec
clesia. v. ¶ Nota q̄ via dñi est bon⁹ status que
elegisti p̄ que deus venit ad te r tu vadis ad eū
p̄ gratiā in virtute sensus tui scz q̄ tibi r tue cōple
xioni sit p̄portionatus. Et sciētia vt si nescis eli
gere quis status sit melior pete cōsiliū a scienti
bus rē. r cōtinuare. Nō sicut pueri qui quolibz
die vellent mutare magistrū. De hac virtute x̄ps
laudauit r cōmendauit iohannem dicēs. Quid
existis in desertum videre arundinē vento agita
tam quasi dicat nō talis iohannes. scz fortissim⁹
vt rupis. r imutabilis a sancta vita quam elegit
in sua pueritia. Moraliter o quot arundines va
riabiles r mutabiles sunt hodie in mundo q̄ mo
dico vento temptationis mutant̄. Verbi gratia
quot sunt qui in aliquo bono sermone recipiunt
bonum ppositum emendandi se dicēdo. O mi
ser tam male feci vsqz modo de cetero volo corri
gere vitam meā rē. tunc est canna recta. Sz ca
dunt vento temptationis qm̄ demon vlamici di
cunt r quid creditis facere modo qm̄ estis iuue
nis rē. omnes facient truffā de vobis. Ex isto vē
to q̄ plures mutant ppositū r cadunt. quia sunt

debiles. Item multi vsurarij qui pponunt resti
tuere vsuras. furta rapinas rē. et proponunt de
cetero viuere de suis laborib⁹ rē. Sz cadunt vē
to temptationis qm̄ dicūt eis qd̄ vultis facere mi
ser homo. si clerici etiam r talis bonus homo fa
cīt idem r ecclia p̄mittit rē. Et sic mutant suū bo
num ppositum r cadunt. Idem de luxuriosis.
Quādo religiosus clericus vel laicus ē inuolut⁹
luto luxurie qui qm̄qz habēt remorsum conscien
tie r pponunt viuere caste r dimittere malam so
cietatem tūc canna ē recta. Sed cadit vento tem
ptationis diabolice qm̄ mlier dicit sibi. flendo co
ram eo dicēdo. o quid faciam. modo vultis me
dimittere ego fui vobiscum semp dum erā iuue
nis r quid faciā modo rē. Idē de vindicatijs
qm̄ aliquis iniuriatus pponit remittere p̄p̄ de
um facere pacem cū inimicis iuxta volūtātē dei
tunc canna recta est. Sed cadit vēto tēptatiōis.
quādo dicūt amici. qd̄ facietis modo dicunt om
nes q̄ estis iude⁹ r nihil valetis. r sic mutat pro
positū r cadit. Item quot sunt qui inceperūt bo
nam vitam sed modico vento derisionis statim
desistunt. Idē dicit scriptura sancta. Non ven
tiles te in om̄em ventū r nō eas in om̄em viā Eccl̄
v. Magnus defectus est illorū qui ex locutiōi
bus gentiū statim dimittunt bonū ppositum et
bonam vitam inceptā. quia semp fuit q̄ mali lo
quunt̄ contra bonos. Nunq̄ fuit vita ita scā sic
christi tamē mali obloquebant̄ de ip̄o. tamē nec
p̄pter hoc christus ppositum mutauit. Scit̄ q̄l
ter est de obloquētib⁹ r desistentibus a bono in
cepto sicut de puo puero qui a matre mittit̄ ali
cubi qui ex latratu canniculi timet nec audet trā
sire imo reuertit̄ cum tñ canniculus nō potest sibi
nocere in aliquo. Talis est stulticia illorū qui ex
locutionib⁹ gentium nō audent bonā vitā conti
nuando transire. Pater noster christus r mater
nostra ecclesia sancta mittit nos vt vadamus ad
ciuitatem paradisi. Et quādo homo incipit bo
nam vitam tenet homo viam paradisi. Et cani
culi scz mali id ē male p̄sone latrant dicendo. hy
pocrita rē. Sed nō timeas transire p̄mittas ip
sos latrare. quia non mordēt te. vidēt ergo bene
q̄ estis pueri. quia ex hoc dimittitis viā paradi
si. De ista malicia dicit p̄pheta dauid. Sagitte
puulorum facte sunt plage eorū r infirmate sunt
contra eos lingue eorum conturbati sunt om̄es
qui videbant eos r timuit om̄is homo. ps̄. lxiij.
Nota sagitte puulorum sunt quibus pueri sagit
tant muscas. dicit q̄ tales sunt sagitte obloquen
tium que nō vulnerant. quod declarat di. Infir
mate sunt contra eos lingue eorum scz obloquē
tium quia nullam habent fortitudinem. tñ vt pu
eri conturbati sunt scz qui timent eos. Qui vide
bant eos scz obloquētes. r timuit om̄is homo q̄
scz dimittit ex hoc viam paradisi. Quot religio
si vident̄ ad oculum q̄ vadunt ad infernum viā

recta. quia nihil seruant de pmissis. **I**de de clericis et alijs. et isto timore non audent incipere bonam vitam. Sed illic tripidauerunt timore ubi non erat timor. ps. xliij. ideo necessaria est firmitas. **S**ecundum quod est necessarium est rigorosa asperitas scilicet contra carnem. **R**atio. caro enim nostra habet conditiones anguille vel morene que labitur nec potest retineri nisi sit voluta in arena vel cum arena. Ita est de carne nostra quam si vult tenere delicate in cibo potu vestibus et lecto etc. non poteritis retinere eam. **I**deo necessaria est rigorosa asperitas in cibo et potu sic tenebitis eam. **I**ta est ratio quare modo in mundo sunt tot mali religiosi clerici. etc. quia volunt vivere delicate sine aliqua asperitate. **I**deo dicit apostolus ad Rom. xliij. Induimini dominum iesum christum et carnis curam ne feceritis in desiderijs. **N**ota induimini dominum iesum christum scilicet per vite asperitatem quia eius vita fuit semper dura et aspera. **I**nduitur christus per imitationem et curam carnis ne feceritis in desiderijs. licet tamen in necessarijs de ista virtute christus laudauit iohannem di. **Q**uid existis videre hominem mollibus vestitus. ecce qui mollibus vestitur in domibus regum sunt. **D**icit hic Gregorius. **S**i in mollibus et preciosis vestibus culpa non est nequaquam tam vigilanter sermo diuinus iohannem de asperitate vestitus collaudasset. **I**nnuit ergo quod magnam partem est velle mollibus indui. **S**i dicat et si ego de meis diuitijs de bono iuste acquisito facio mihi vestem preciosam quod peccatum est. **D**icit hic Gregorius. quod non est aliquis quantumcumque honorabilis persona qui curet in domo ut honorabiliter vestiat. **I**dem de mulieribus. **S**ed quoniam habet ire extra et videri. **E**rgo non sit nisi ad pascendum oculos gentium et nunquam esset melius ad pascendum ora pauperum qui moriuntur fame et ad redimendum captiuos qui sunt in puncto abnegandi fidei. **I**deo non est sine culpa qui in his facit supfluitatem. **I**deo apostolus habentes alimenta et quibus tegamur his contenti simus. j. Thimo. vj. **N**ota habentes alimenta non dicit decalciamenta et quibus tegamur non dicit quibus ornemur. **I**tem ultra hoc quod est peccatum est etiam stulticia. **V**erbi gratia. si quis ex crimine sententiatu ducit ad furcam equitandum cui volentes ponere vinculum in collo d' corda et ipse diceret non. quia ego sum diues. **I**deo volo vinculum de serico et quando ipse teneret in collo rideret et se de vinculo appreciaret. nunquid iudicaret stultus. **I**n hac stulticia sumus nos. **Q**uare vestis fuit data homini nunquam ex quodam furto nostri patris ade. **E**x quo deus sententiauit hominem ad mortem et vestiuit eum ut cum illa duce retur ad mortem. **Q**uando ergo vos dicitis certe volo mihi facere talem vestem etc. **O** stulte tu vis te appreciare de signo furti. **E**t ex ista ratione dicit scriptura sancta. **I**n vestitu ne gloriaris vnquam **E**ccl. xj. **S**i dicat ad minus in die festo vel nu-

ptiarum gloriabor. respondit dicens. **N**ec in die honoris extollaris. **I**bidem. **T**ertium quod est necessarium est oposa fidelitas vt. s. fides que est intus in corde. exeat extra per bona opera. **R**atio. quia fides christiana compatitur **R**acheli uxori **J**acob pulchre que videns quod non generabat dixit viro suo iacob. **D**a mihi liberos alioquin moriar. **G**en. xxx. **E**cce fides christiana. **R**achel interpretatur visum principium. **P**incipium omnium rerum est deus. **E**go principium qui et loquor vobis. **J**oh. viij. **H**oc principium videtur per fidem nunc sed quando erimus in paradiso videbimus faciem ad faciem sicuti est. **F**ides autem catholica est **R**achel pulchra et clara sine errore que dicit viro suo. scilicet viro fideli. da mihi liberos alias moriar. **Q**uid proderit fratres mei si fidem dicat quis se habere. opera autem non habeat nunquid fides poterit saluare eum. **S**equitur. fides sine operibus mortua est. **J**aco. ij. **I**deo requiritur operosa fidelitas scilicet ut illud quod credimus intus in corde ponamus extra in opere. **V**erbi gratia. **C**reditis vos quod christus descenderit de celo et humiliauerit et intrauerit vterum virginis. **I**deo istam credentiam ponatis in opere humiliando vos de supbia pompa vanitate et statu etc. **I**tem creditis quod christus fuit pauper in hoc mundo quod nihil voluit habere in hoc mundo. **I**deo ponatis in opere cauendo ab omni auaritia usura rapina etc. **I**tem creditis vos quod christus voluit concipi et nasci sine omni corruptione et voluit semper virginitatem conseruare. **I**deo ponatis illam credentiam in opere cauendo ab omni luxuria corruptione etc. **I**tem creditis quod christus ex amore et dilectione voluit mori et pati pro nobis. **I**deo caueatis ab inuidia. **I**tem creditis vos quod fuit abstinent quia non comedebat nisi semel in die nec comedit carnem nisi de agno pascale ex ordinatione legis. **I**deo abstineatis vos ab excessibus cibi et potus seruando ieiunia ecclesie non comedendo ante missam in dominica. **I**tem creditis vos quod christus fuit patiens qui cum a nulla creatura posset cogi. patienter tamen voluit subici iudicibus et sagionibus etc. **P**recaueatis ab ira non queratis vindictam de aliqua iniuria. **I**tem creditis vos quod christus fuit diligentissimus. **I**deo vos non sitis ociosi in operibus spiritualibus. **H**ec est fides operosa. de ista christus laudauit et commendauit **J**ohannem dicens. **Q**uid existis videre prophetam immo dico vobis plus quam prophetam. **N**on propheta a procul fante. id est. loquente procul vel que ex tempore vel que ex naturali scientia distant hoc est officium prophetie. **S**ed dicitur plus quam prophetam quando illud quod dicit ore ostendit digito. prophetam fuit **J**ohannes quando dixit. post me venturus est cuius non sum dignus calciamentum portare

Domínica tertiá Aduentus

Mat. iij. Sed fuit plus q̄ ppheta q̄ ipsum di-
gito ostendit populo dicens. **Ecce agnus dei ec-**
ce qui tollit pctā mūdi **Joh. j.** ita est q̄n ille q̄ scit
Credo in deū. q̄n ip̄m dicit est ppheta a procul
fante. **Quādo** dic̄ inde vētur? ē iudicare viuos
z mortuos. qz distāt a cognitiōe ei? naturali. **Sz**
est plus q̄ ppheta q̄n facit ope qd̄ dicit ore z ita
ostēdit alijs vt faciāt z p̄t̄ dici. **digitus dei ē h.**
Ero. viij. De q̄libet tali dicit x̄ps angelis custo-
dibus nr̄is. **Quid existis videre propheta.** **Rñ-**
dent sancti angeli. etiā dñe plus q̄ ppheta. **Sed**
heu qz mō iā cōplet? est planet? dauid in p̄sona
dei dicēs. **Signa nr̄a nō vidim?** iā nō ē prophe-
ta z nos nō cognoscer̄ amplī? **p̄s. lxxij.** **Nota** si-
gna nr̄a. s. opa bona exteriora que sunt signa fi-
dei interioris. **Iā nō ē ppheta.** **Et h̄ q̄ruz** ad il-
los qui nesciunt **Credo in deū.** vel si sciūt. nō cu-
rant ip̄m dicere mane z sero deuote. **Quartū** qd̄
est necessariū est gratiosa puritas q̄m in cōiuiuo
paradisī nō intrat aliquis imūdus z inhonest?.
Apocal. xvj. **Nō** intrabit in eā aliquid coĩqui-
natū z abominatiōē faciēs nec mēdaciū. **Imū-**
di z inquinati sunt illi q̄ peccant corde ex imūdis
cogitationib? z nō audent facere op? timoze scā-
dali. s. totalit? se balneāt in istis cogitationibus.
abominatiōē faciētes q̄n faciunt ope pctm̄ qd̄
cogitauerūt in corde. mēdaciū faciūt illi i mati-
monio q̄ nō seruāt fidē sibi mutuo p̄missaz. **Iō**
necessaria ē gratiosa puritas. de ista virtute x̄ps
cōmendauit z laudauit iohem di. **hic ē em̄** de q̄
scriptū ē. **Ecce ego mitto angelū meū** añ faciē tu-
am. **Nō** q̄ iohes fuerit angel? in natura s. digni-
tate z puritate. **Iō** multū debem? cauere ab imū-
dichs luxurie. memorari q̄re sum? creati qz sum?
focij scōrū angelozū in paradiso. **Cū** x̄ps. **Cū** autē
a mortuis resurrexerit nō nubēt neqz nubent? s. z
erunt sicut angeli dei in celis. **Hec sentētia** habe-
tur **Mat. xxij.** **Mat. xij.** **Iō** imitemur cōditio-
nes angelozū. quia si vos vultis ponere filii ve-
strū in curia regis vel plati iā añ incipitis ei ostē-
dere mores curie. als reputabit? pastor ouium.
idem de nobis zc.

Sermo tertius.

Renunciate **Joh-**
hān que vidist? z audist?. **Mat. xj.**
Nūc volo p̄dicare de scō euāgelio
fm̄ intellectū spūalē. **Sz** p̄mo salu-
tes x̄go maria zc. **Renūciate iohi zc.** **Thēa** istd̄
est rñsio quā fecit x̄ps iohi. p̄ nūcios dicēs. **Re-**
nūciate zc. **Sz** spūalit? maxie tropoloice seu mo-
raliter. **Sz** oportz p̄mo declarare duo verba the-
matis. **Primo** q̄s ē iste iohes incarceration? **Secdo**
q̄ sunt isti nūcij p̄ q̄s x̄ps misit sibi dicē. **Renūci-**
ate zc. **Quā** ad p̄mū iohes incarceration? ē q̄libz x̄pi-
anus exis in pctō mortali **Johes** autē interpretat?
cui facta est donatio a deo. **Modo** nulli creatu-

re humane donauit deus tantū q̄tum dedit x̄pi-
ano. **Cū** primo dedit deus beneficium generale
scz imaginem suam p̄p̄iam in creatione. **Quia**
sicut deus ē vnus in essentia z trinus in p̄sonis.
ita anima est vna in essentia. z tres potētie. **Ite**
deus pater dedit filium suum christiano in sociū
in hoc mundo. **xxij.** annis qui ore proprio pre-
dicauit secreta fidei. de gloria paradisi. de pe-
nis inferni z purgatorij in quo dedit nobis suaz
sapientiam. **Item** dedit nobis suam potētiā in
miraculorum operatione quādo dicta sua mira-
culis confirmabat. **Item** christiano vitam suam
dedit z sanguinem proprium in nostrā redēptio-
nē. quia nihil aliud fuisset sufficiens precii. **Ite**
dedit dilectā animam suam quādo in morte fuit
a corpe sepata vt nobis daret in hoc mundo vi-
tam gratie z in celo vitam glorie. **Item** dat nob
corpus suum in comunione z suam diuinitatē
in fruitione. z celum p̄ habitatione. **Siergossim**
interpretationem iohannes est cui facta est do-
natio a dño. **Et** cum christianis de? dederit tot
dona. **Ideo** quilibz christian? dicit iohannes. z
possumus dicere de deo **Maria** z p̄ciosa nob p̄-
missa donauit vt per hoc efficiamini diuine na-
ture consortes. **ij.** **Petri. j.** **Sed** iohannes. id est
christian? est in vinculis. i. incarceration? quādo est
in peccato mortali. culpa est captio. vincula sunt
peccata mortalia. z q̄t peccata habet hō tot vin-
culis ligat?. **Pro** quo notandū q̄ aīa habet om-
nia mēbra vt corp?. sed sunt spūalia sicut mēbra
corpis sunt corpalia **Et** scdm̄ mēbrū p̄ qd̄ peccat
licet aīa ligat? cathena cui? caput ē in inferno **Ver-**
bi gratia. quādo homo peccat per gulam vt lin-
guam male loquēdo contra deum vel contra p̄-
ximum statim anima ligatur in gutture **Idem**
frangendo ieiunia ecclesie vel penitentie siue vo-
ti siue nimis comedendo vel bibendo inebrian-
do se. quotiens in hoc peccasti tot cathenis es li-
gatus in gutture. **Idem** quādo peccat corde su-
perbiendo inuidendo irascendo male desideran-
do vel cogitando. tot cathenis es ligatus iuxta
cor in pectore. **Idem** quando homo peccat ma-
nibus furando proximum percutiendo vel iho-
neste tangendo zc. **Idem** quando homo peccat
renibus per luxuriam. quoniam vt dicit Grego-
rius. peccatum luxurie in renibus habet suaz ra-
dicem. **Idem** de pedibus eundo ad sortilegos
vel ad alia mala cum focis. **Isto** modo christia-
nus vinculatur z incarceration? in captione cul-
pe. **Autoritas.** **Iniquitates** sue capiunt impiuz
z funibus peccatorum suorum constringit? **Pro-**
uerb. v. **Nota** impiuz. quia magna impietas est
captiuare fillam regis. scz animam filiaz dei. que
nihil habet a patre carnali. quia aīa hoīs a solo
deo increatur corpi licet materia ad eam p̄ p̄rem
disponat?. quā peccator vēdit diabolo modico p̄-
cio delectatiōis. **Ecce** q̄s ē iohes capt? z vincu-